

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Hortvs Ciceronianvs sive Flores Apophthegmatum &
Historiarum e Scriptis Ciceronis in Vsum &
delectamentum Studiosae pubis excerpti**

Omeis, Magnus Daniel

Norimbergae, 1699

17. Lothvs

urn:nbn:de:bsz:31-105410

naturam fide filium parit, Deique vaticinium, quod riserat, vanum non fuisse comperit, mater facta anno ætatis nonagesimo. Decus matronarum, propter pietatem: & sexus sui ornamentum, propter mariti observantiam: quem ut dominum suum nullo loco deserit, ita omni tempore colit & veneratur. A Paulo Apostolo credentium & Ecclesiæ typus prædicatur: a Petro exemplum omnibus mulieribus proponitur, ne magis auro, cincinnis, vestitu placere studeant, quam sanctitate, lenitate & beneficentia. Obiit anno ætatis centesimo vigesimo septimo; quam maritus luxit, & honorifice sepelivit.

17. *LOTHVS.*

Lothus filius Haranis, Tharæ nepos, Saræ frater, patruī sui Abrahami comes individuus, bona cum eo

malaque tolerat. Auctus gregibus & armentis, propter fervorum importunitatem & loci angustiam, regionem ad pabula ampliolem quaerit, & in agro Sodomæ latissimo confidet. In ejus urbis direptione ab Assyrio regibusque sociis captus, patris virtute reducitur. Sodomæorum ausu & procacia crescente, videndis audiendisque eorum facinoribus excruciat quodotidie. Angeli duo, qui ab ejus patre discesserant, apud eum divertunt: vitam ipsius, pudicitiam conjugis & filiarum tuentur, civibus excidium imminens predicunt. Ipse cum suis manu Angelorum educitur incolumis: bona ejus omnia incendio communi conflagent: uxor contra mandatum respiciens in statuam vertitur: oppido Zoari propter ipsum parciatur: facto filiarum stulto tota ætate sua excarnificatur, & vitio atque errore

rore su
fidei tot
hoc Moa
nis Ebra
creantur

18.

Agar
mi serv
thalan
lium.
herari
ageren
nem a
tes ea
nit, &
rat.
filium
& fug
tentia
ciar: v
filium
bore

rore suo exemplum timoris atque fidei toti posteritati relinquit. Ab hoc Moabitæ, & Ammonitæ, nominis Ebræi hostes sempiterni, procreantur.

18. AGAR ancilla.

Agar Ægyptia in domo Abrahami servit servitutem, juncta domini thalamo procreat ei Ismaëlem filium. Cum autem ancilla adversus heram, verna contra filium herilem, agerent proterviùs, sibi promissionem arrogantes, detrahere studentes eam Isâaco, Deus arbiter intervenit, & expelli ex ædibus ambos curat. Agar ab Angelo in fuga consilium, in exilio solatium accipit: qui & fugitivæ svadet reditum, & de potentia nascituri filii optata denunciât: vaganti in solitudine, ne perire filium inedia cerneret, quem sub arbore abjecerat, aquæ fontem de-